

- ERG. tuan causa aedis incensurum censes?  
 HE. Noli irascier. 845  
 iuben an non iubes astitui aulas, patinas elui,  
 laridum ac pernas foveri foculis ferventibus?  
 HE. alium pisces praestinatam abire?  
 HE. Hic vigilans somniat.  
 ERG. Alium porcinam atque agninam et pullos gallinaceos?  
 HE. Scis bene esse, si sit unde.  
 ERG. Pern<ul>am atque ophthalmiam, 850  
 horaeum, scombrum et trygonum et cetum, et mollem caseum?  
 HE. Nominandi istorum tibi erit magis quam edundi copia  
 hic apud me, Ergasile.  
 ERG. Mean me causa hoc censes dicere?  
 HE. Nec nihil hodie nec multo plus tu hic edes, ne frustra sis. 855  
 proin tu tui cottidiani victi ventrem ad me afferas.  
 ERG. Quin ita faciam, ut <tu>te cupias facere sumptum, etsi ego vetem.  
 HE. Egone?  
 ERG. Tune.  
 HE. Tum tu mi igitur erus es.  
 ERG. Immo benevolens.  
 HE. vin te faciam fortunatum?  
 ERG. Malim quam miserum quidem.  
 HE. Cedo manum.  
 HE. Em manum.  
 ERG. Di te omnes adiuvant.  
 HE. Nil sentio.  
 ERG. Non enim es in senticeto, eo non sentis. sed iube 860  
 vasa tibi pura apparari ad rem divinam cito,  
 atque agnum afferri proprium pinguem.  
 HE. Cur?  
 ERG. Ut sacrifices.  
 HE. Cui deorum?  
 ERG. Mi hercle, nam ego nunc tibi sum summus Iuppiter,

- Deinewegen würde ich mein Haus anzünden?  
 ERG. Zürne nicht! 845  
 Lässt du oder nicht die Töpf aufsetzen, Schüsseln spülen und  
 Speck und <Schinken> wärmen auf dem glühendheißen  
 Braterost?  
 HE. Schickst den einen los zum Fischkauf –  
 ERG. Dieser träumt im Wachen hier.  
 HE. Einen anderen nach Lamm- und Schweinefleisch und jungem  
 ERG. Huhn –  
 HE. Du verstehst das Wohlsein, wenn's was gäbe.  
 ERG. Schinken, Pökelfisch, 850  
 Neunaug, Rochen und Makrele, Thunfisch und auch weichen  
 Käs?  
 HE. Aufzuzählen all dies hast du bei mir mehr die Möglichkeit  
 Als zu essen, Ergasilus.  
 ERG. Meinst du denn, ich sag das meinethalb?  
 HE. Weder nichts noch auch viel mehr wirst du heut essen hier,  
 ERG. dass du  
 Dich nicht täuschst; drum bring den Bauch für Alletagkost mit  
 zu mir. 855  
 Nein, ich mach, dass du von selbst spendierst, selbst wenn ich  
 es nicht wollt.  
 HE. Ich?  
 ERG. Ja, du.  
 HE. Da bist du wohl mein Herr?  
 ERG. Nein, ein gewogener Freund.  
 Soll ich dich wohl glücklich machen?  
 HE. Lieber als elend immerhin.  
 ERG. Gib die Hand!  
 HE. Da.  
 ERG. Alle Götter sind mit dir!  
 HE. Ich spüre nichts.  
 ERG. Bist ja auch kein Spürhund, darum spürst du nichts. Doch nun  
 befiehl, 860  
 Die Gefäße rein zu machen dir zum Gottesdienste schnell  
 Und ein Lamm, schön fett, zu bringen.  
 HE. Und warum?  
 ERG. Zur Opferung.  
 HE. Welchem Gott?  
 ERG. Na, mir; denn ich bin jetzt dein höchster Juppiter